



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Codex traditionvm Corbeiensivm**

**Falcke, Johann Friedrich**

**Lipsiae ; Gvelpherbyti, 1752**

§. 75. De traditis bonis in Bionhus in pago Hardego, et in Marcberteshus in  
pago Suilbergi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36114**

Ab anno  
816 velque  
853 im-  
perante  
Hludo-  
uico et

## §. 74.

Tradidit eilger presbyter in *lianbeke* (Y) in vice tiadonif (Z). quidquid ille tiado ibi habuit. testes abbi uuernindac uualdman.

## §. 75.

Tradidit hobert in *bionhus* (a) iurnalef XX. testes benno edic frederic . . . . . rumoldt.

tradidit uuulfhard in *marcbereshus* (b) quidquid ibi habuit. testes odi folcher othelm.

## §. 76.

Tradidit riedag in vice *bernric* (c) defuncti quidquid ille habuit in *hot-tenheim* (d). testes lutger bernheri tettuward fridubern helmbodu uualding godaco hedo hunuuard thaneger haduuuard.

## §. 77.

Tradidit *wigman* in *scherua* (e) in pago *heffi* (f) quidquid ibi habuit. testes addasta marcbedo *bruni* bago berter adalhard albric *ecbert*.

## §. 78.

Tradidit emmo in *cogarden* (F) quidquid ibi habuit. testes *alfric* *teo-  
dric* *aldmer* herigeld hodag dag ueclp.

tra-

in Luncb. Principatu sitam iam supra adduximus. Ea enim in regione inueniuntur Walle et Lengebostel; licet in pago *Laingo* in Frisia orientali etiam villa *Waldi* inueniatur, in qua praepositura nostra Meppensem decimam habuit. Ut adeo adhuc incertum fit, quis pagus proprie inrelligatur. Aliis perquirendum relinquimus, quicquid hic nobis adhuc est obscurum.

De villa  
*Lianbe-  
ke*.

(Y) Villa *Lianbeke* erat in pago *Derlingo*, teste Sarachone in suo *Registro Bonorum et  
prouentuum abbatis Corbeiensis*. Vbi ea villa quondam existiterit, in obseulo latet. Id ipsum iam supra §. 15. indicauimus. *Tiado*, qui teste *Registro cit. quatuor manlos* in hac villa tradidit, viderur esse *Marscaleus Thiaddo*, cuius Traditiones nostre supra meminere §. 24. Ex quo momento apparet, diuitem eum fuisse dominum, quem inter progenitores comitum *Supplinburgicorum* ex conjectura retulimus infra §. 188. Probe autem haec villa *Lianbeke* discernenda est a villa *Lienbeki* in pago *Suilbergi*.

(Z) De *Tiade* vid. supra §. 24. not. (O)

De villa  
*Bionhus*.

(a) *Bionhus* erat in pago *Hardego*, testante nostro *Registro*, postea dictum *Banhufen*.

De villa  
*Marchber-  
eshus*.

(b) *Marcberteshus* villa erat in pago *Suilbergi*, postea dicta *Marckhusen*. Hodie locus appellatur *Marckhusen* seu *Merxhusen*, olim in comitatu Dassel, ad flumen dictum *die Spörling*, quod deinde per Mackensen et oppidum Dassel influit in Ilme fluum, qui tandem excipitur a Leina, flumine maiori.

De villa  
*Hotten-  
heim*.

(c) *Bernic* nomen proprium, vt vides, est viri cuiusdam. Inuenitur in episcopatu Paderbornensi vicus, seu vt volunt, oppidum, quod nominatur *Berntric*. An ab hoc nominatum fuerit, incertum.

(d) *Hottenheim* villa erat in pago *Heff*, testante *Registro nostro*; dudum vero desolata est. Situs eius fuit hand procul a vicis Büne et Aldorpfen ad iura dominorum de Spiegel spectantibus in episcopatu Paderbornensi, in loco seu area dicta *Hotten* seu *Hoite*, commemoratione dignus.

(e) De *Wigmanno* et villa *Scherua* vide supra §. 48. not. (f)

(f) De pago *Heff* Saxonico vide supra §. 33. not. (v)

(F) De villa *Cogarden* in pago *Wikanauelde* vide supra §. 70. not. (s)